



**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus  
Imperialibus**

**Corradini, Pietro Marcellino**

**Friburgi Brisgoiae, 1707**

IV. Multæ inde educuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

8. De primariis Precibus Imperialibus  
prout à die contumacia vestra tenore praesen-  
tium revocamus, & cassamus, & irrita esse  
volumus, & vos aliter contumaces à Benefi-  
ciis Majestatis nostra reddimus alienos, pro-  
ut etiam ex nunc, prout ex tunc privamus,  
& à protectione nostra excludimus harum  
testimonia literarum manu nostra subscrip-  
tarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione  
munitarum. Datæ in Civitate nostra Viennæ  
die 19. Junii Anno Domini 1705. Re-  
gnorum nostrorum Romani 16., Hungarici  
18., Bohemici verò primo. Josephus, &c.

IV.

Ex hoc Cæsareo diplomate multa edu-  
Multa in- cuntur : Primo intentio, quæ est provi-  
de ceduntur. dendì de Ecclesiasticis Beneficiis personis  
Imperatori gratis : Secundo ratio, cui  
Preces nituntur, scilicet consuetudo in-  
veterata descendens ab exemplo Præde-  
cessorum : Tertio præcepta facta Ordina-  
riis Collatoribus, & Electoribus eligendi  
Personam in Precibus designatam, eique  
conferendi Beneficium, & nedum Bene-  
ficium vacans, sed & primo vacaturum;  
& quod plus est, inter vacatura illud,  
quod Precista elegerit; & non solum Be-  
neficium collativum, verum & electivum,  
scilicet quod consuevit conferri per ele-  
ctionem canonicanam ; Beneficia quoque  
vacatura in quocumque mense, ibi : Quo-  
modolibet simul, vel successivè in quocum-

que mense per obitum, decesum, vel resignationem alicujus vacare contigerit, ad collationem, provisionem, electionem, nominationem, præsentationem, ordinacionem, seu quamlibet aliam dispositionem vestram pertinens: quæ verba involvunt contradictoria, quippe si vigore Concordatorum Germaniæ, quæ ea Inlyta Natione iniit cum Summo Pontifice Nicolao V. Capitulis, & Ordinariis Collatoribus assignati sunt ex indulgentia S. Sedis Apostolicæ menses infrascripti; scilicet Februarius, Aprilis, Junius, Augustus, October, atque December, in quibus tantummodo permisum est iisdem eligere, vel conferre Canonicatus, & Beneficia vacantia; reliquos vero menses sibi Sedes Apostolica reservavit, cum inhibitione facta Capitulis, ne possent eligere, vel conferre: immo si in iisdem Concordatis Summus Pontifex sibi soli reservavit omnia Beneficia, quorum elenches legitur in Extravag. *Ad Regimen de Præbend.*, quemadmodum colligitur ex præfatis Concordatis; non est sane cur in Precibus dicantur omnia Beneficia, & in quocumque mense vacantia ad electionem, & collationem Capitulorum, & Ordinariorum pertinentia, Precibus iisdem esse obnoxia: enim vero si plura non

10 *De primariis Precibus Imperialibus*  
pertinent ad collationem, & electionem  
Capitulorum; sed reservata sunt in Con-  
cordatis Sedi Apostolicæ, inhibitumque  
est Capitulis ea conferre; quo pacto  
fieri potest, ut Preces ita efficaces sint,  
ut Capitula privare possint Pontificem  
jure in Concordatis eidem adscripto,  
valeantque Imperatores tribuere Capitu-  
lis jus eligendi, & conferendi iis mensi-  
bus, & ea Beneficia, quorum collatio-  
nem, & electionem ipsa neutiquam ha-  
bent? Id sanè imperceptibile est, nisi di-  
camus hanc potestatem ex Precibus Im-  
perialibus, & sic à Laica manu prove-  
nire: quod nefas est Catholicum virum  
asserere.

V.

Pœnæ & multæ per Preces Imperiales Ordinariis & Capitulis infli-  
tum Precum, quam recitavimus, statu-  
tos esse pro executione earundem duos  
Celsissimos Ecclesiasticos Præsules, ut ii  
pœnis, & multis in formula jam dicta  
comminatis cogere possint Imperiali po-  
testate Capitula, & Ordinarios, qui ab  
Ecclesiastico zelo ducti in hoc parere  
mandatis & præceptis laicalibus renui-  
sent. Non est profecto cur mirari subeat,  
in re tanti momenti Successorem in Ca-  
thedra Divi Petri, optimum & meritissi-  
mum Romanæ Ecclesiæ Pastorem, bea-  
tissimorum Præsulium, qui septimæ Sy-